

spiritus visibilis qui est inclusus in nervo recipit coloris
 speciem ab humore cristallino qui est in pupilla 2 defert
 vsqz ad sensum cōmunem. Propriū obiectū auditus est
 sonus qui fit in aere ex collisione duoz corporoz fortiter
 ad inuicem percussoz violenter et velociter cuius mediū
 est aer continatus aeri posito inter 2cauitatē auris cuius
 instrumentū est tympanū auris ad quod dirigitur nervus
 protensus a cerebro cōtinens spiritum audibilem. Unde
 Echo est sonus secundarius reflexus ppter aliqd obstacu-
 lum. Sed vox est sonus generatus ex repercussione aeris
 inspirati ab aia ad vocalē arteriā cū imagine significandi.
 Obiectū olfactus est odor resolutus per calozē a re odo-
 rifera cuius mediū est aer vel aqua. Organum aut ipsius
 sunt due caruncule ptese a cerebro similes duobus ca-
 pitibus mamillarum per quas venit spiritus odorabilis.
 Obiectum gustus est sapor cuius medium est duplex. s.
 intrinsecum vt caro porosa in superficie lingue que red-
 dit saporē spiritui qui est in nervo interiori. Sed extrin-
 secum mediū est humiditas saliuālis. Organū aut ipsius
 est nervus expansus in ipsa lingua apprehēdēs rem sapo-
 rabile mediāte carne 2 humiditate saliuāli. Tactus vero
 pōt nomiari ab eo qd tangit 2 sentit/ 2 sic est vnus sensus
 cuius obiectum est tangibile; vel ab his que sentiunt/ 2 sic

Vide Arist. 2. de
 Anima in text.
 com. 77. et infra
 per totum ca.

Echo.

Vox.

De olfactu lege
 Arist. 2. de ania
 in text. com. 92.
 2 infra.

De gustu vide
 Arist. 2. de ania
 in text. com. 101.
 et infra.

De Tactu vide
 Arist. 2. de ania
 in text. com. 106.